Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1565

Quelle:
Copyright:

proposuimus, quod exterius depingimus (Iconismum aliquem Arcae innuit) *ut foris discamus, quid intus agere debeas. Et cum huius exemplaris formam in corde tuo expresseris, domum dei in te edificatam esse leteris.* Et jam *Quintus* Liber incipit: *Primum in planicie, vbi archam depingere volo, medium centrum quero* &c. Liber iste in Codice conspirat cum Editis usque ad C. XIV. p. 296. *de Mansionibus quadraginta duabus*, qui locus a verbis: *ad terram promissionis gratiæ*, usque ad verba: *Hæc ad constructionem arcæ* &c. in Codice deest. Reliqua rursus consonant usque ad Editorum finem: *hoc interim exemplari affectum suum prouocet.* Deinceps vero in Codice additae sunt sequentes VI. Rubricae: *Rerum significationes negligenter pertransire non debet negligens* (diligens?) *sacri eloquij scrutator. Quomodo numeri significent. Rerum proportiones in quibus considerantur. De Ponderibus. De Mensuris. Mappa mundi.* Et haec quidem aliquatenus refert Librum IV. *Excerptionum Hugonis* T. II. p. 348. Cetera vero, utut illius esse videantur, ad V. Libros *de Arca* certe non pertinent, neque alibi in Editis ejus reperiuntur. Initium Rubricae I. *Diligens scrutator sacri eloquij rerum significationes* &c. Finis VI. *cuius auus primus fuit Herodes secundus patruus, qui Jacobum interfecit. Explicit. 1434. post vrbani.*

XV. *fol.* 320. *Sermo S. Ambrosij.* Inic: *Nabuthe hystoria tempore vetus est* &c. Ut edit. *Maur. Paris.* 1686. T. I. *col.* 565. Deest tamen etiam huic Exemplo extrema illa περιικοπη: *Sed oportet* &c. cujus loco iterum: 1434.

XVI. *fol.* 329. *Augustinus de heresibus.* Nempe *ad Quodvultdeum.* Nequaquam tamen, ut Edit. *Maur.* T. VIII. *col.* 1. sed Breviarium perfunctorie inde excerptum.

DCLXVII.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 42. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas scriptus, minio distinctus, et quondam *Domus Vallis Josaphat*, id est, Carthusiae *Dolanensis* ob *Hussiticas* devastationes a. 1444. *Olomucium* translatae, nunc vero extinctae continet sequentia: I. absque titulo *Lignum Vitae*, qui Tractatus legitur Opp. omn. *Bonaventurae* T. VI. *Lugd.* 1668. p. 403. f. et ad calcem habet: *Magister Bonauentura.* Caret in Codice Iconismo Crucis, incipit: *Christo crucifixus* (confixus) *sum cruci. Ad gala. 2. Uerus dei cultor christique discipulus* &c. et fortassis etiam in quibusdam Exemplis *mss.* titulum praefert *Fasciculi Myrrhae;* ait enim Autor in Praef. *Colligere studui Hunc myrre fasciculum.* R. 2234

II. *fol.* 16. p. 2. minio: *Incipit ternarius;* in margine vero: *Incipit Itinerarius totius vite.* Neutrum inconcinne; agit enim anonymus Ascetes de triplici Via, atque ita orditur: *Ecce descripsi tibi*